



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

3. De proximè morituris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

illam etiam causam esse rationabilem censet, si Episcopus, veller ob benevolentiam, similemve causam confirmare Infantem, sed remoto, si quod timeatur, scandalum; nam tunc graviter non peccaret Episcopus, quia ejusmodi usus confirmandi compotes rationis, non videtur esse rigoris magni.

§. I. I. De Amentibus.

1. Si spes sit, ut Amentes ad rationem redeant expectetur, ut expectantur Infantes, secus possunt, & debent confirmari, etiam si sint Amentes perpetui, ne scilicet tanto bono, & hujus Sacramenti Characterem careant. Sic ex probabiliori sententia S. Th. 3. p. 2. q. 2. art. 8. ad 2. Suar. alique citati.

2. Theologia Seraph. monet V. Conf. diff. 3. ver. Amentes vero, ne detur confirmatio iis amentibus de quibus constat notorie incidisse in amentiam in statu peccati mortalis. Constat inquit, nam si non constet, vel dubitetur, scimus omnes, debere eos presumi bonos, & confirmandos. Non placet monitio, quia semper dubitari potest aliquod intercessisse lucis intervallum, in quo per contritionem bonum statum acquisierint.

3. Quod si alicubi Episcopus Amentes confirmare non soleat, satis excusabuntur Parentes, si illos ad Episcopum non adducant.

§. III. De proximè morituris.

1. Hos tamen si sint Infantes, posse & debere confirmari, ratio modo dicta §. 1. n. 2. suadet. Excusatio tamen illa esse solet in promptu, quia ejusmodi infirmi suis in lectulis jacentes, sive erubescunt, sive timent, ad se Episcopum advocare.

2. Audiant tamen Episcopi quod Io. Sanch. in sel. d. 40. n. 4. ver. Quod si Episcopus adire, ipsi edicit, si Episcopus (inquit) adire Carcerem veller, & ibi Confirmationem ministrare condemnatis ad mortem exemplum humilitatis, & cura ingentis erga suas oves ostenderet. Audiant quæ scripsit Quintan. de Conf. sing. 3. n. 5. Si suspendendus (inquit) vel quilibet moribundus Confirmationem petat à proprio Episcopo, illum sub mortali teneri ad eam ministrandam, docent Angelus, Vivaldus, Fillius. Ochagavia, Suar. Regim. Layman, quia privaret petentem magno fructu. Audient Sanctissimum Pastorem Carolum Borromæum, in Decr. 27. Decretorum Mediol. Si quis (inquit) cum periculose agrotat, Confirmationem sibi ministrari petat, tunc Episcopus, si eo loci est, ubi ille agrotat, ne sine hoc Sacramento decedat, eum charitate pater ea invisar, & confirmet.

§. IV. De Adultis.

1. Primo. Hi statim à Baptismo confirmantur, si opportunitas adest, quia nihil eos impedit, & sic fortiores redduntur ad fidem profutendam.

2. Secundo. Non tamen idem peccant, nec mortaliter, nec venialiter si citra contemptum, vel quid simile, data occasione id negligant, quia de hoc nullum apparet præceptum: quæ est sententia Suar. d. Conf. d. 83. sect. 1. ver. Quo circa, contra Caët. & alios nonnullos putantes, esse veniale. Vnde non est fides habenda Leandro de Conf. d. 1. q. 7. sine, qui trahit ad se Suar. quasi concedentem esse veniale.

3. Tercio. Nec villo modo peccant ij Fideles, qui nondum Confirmati accedunt ad Sacram Eucharistiam assumendam, quia multo magis de hoc nullum præceptum adest, quidquid Tol. Victorel. Sor. apud Dianam p. 4. tr. 4. ref. 50. dicant in oppositum. Multo (ait Quintanad. de Conf. sing. 4.) minus peccant, qui nondum Confirmati, Religiosam Professionem emittunt, vel alia Sacramenta (præcinde ab Ordine de quo mox) suscipiunt, vel administrant.

4. Verum Quarto. Quid de suscipientibus Ordines, non præsumpta Confirmatione? Respondeo. Id magis est

controversum. Puto tamen, neque hos peccare mortaliter, quia neque hic apparet adeile præceptum vel gravem saltem consuetudinem. Tridentinum autem tenetur, qui confirmationem non susceperint, minus tunc videtur, quam præcipere. Ita Suar. Valent. Gran. Avil. alique apud Dianam p. 2. tr. 16. q. 1. Amentes fatetur probabile item esse, committi mortale, quia dissimili etiam Auctores Tann scilicet Bon. Tol. cum Ancisa de Conf. sine, id affirmant.

5. An autem peccent saltem venialiter? Respondeo. verè communior opinio est eos peccare venialiter, probabile etiam est ne venialiter quidem peccare, quia ne levis quidem deordinatio apparet, & ex alia parte non obligamur omnes bonas operationes Ordinandi suscipiendi præmittere: Episcopum quidem ipsum tunc ordinantem non confirmatos, à dicto veniali exculso, quia magis ad ipsum pertinet, directionem Conciliorum diligenter custodire.

Inquires denique, Quamnam dispositionem debet confirmandus, ac ritè & licitè hoc Sacramentum suscipiat? Respondeo, præter intentionem saltem venialem illud suscipiendi, & statum gratiæ, qui requiritur suscipiendo Sacramentum mortaliter peccat. l. 1. c. 3. universali ter dictum est, debet Adultus tandem modo scire, quid suscipiat, & alia omnia cognitionem Mysteriorum Fidei, quæ requiruntur susceptione Baptismi, de quibus suo loco dictum est supra lib. 2. c. 2. §. 3.

CAPVT IV.

de Patrino in Confirmatione.

1. Quoniam plura, quæ de Patrino in Baptismo proxime superius ad Patrinum Confirmationem etiam faciunt, ideo sunt ea omnino recedenda & abominanda hic aliqua, ibidem dicta commixtatis generis petemus, & alia propria superaddemus.

2. Patrinus, vel Matrino contrahit cognitionem ritalem, quæ sit impedimentum dirimens Matrimonium; sess. 24. c. 2. de ref. sic enim habet Trid. Et quæque cognatio, quæ in Confirmatione contrahitur, ter confirmantem, & Confirmatum, illique Patrem & Matrem, ac tenentem, non egrediatur. Claretus tibi erunt ex dictis de Patrino in Baptismo. Hic nota illud (tenentem) quare licet non tangens baptismum non contrahit cognitionem, nec contrahitur tangens Confirmationem.

3. Secundo. Idem qui fuit Patrinus in Baptismo potest esse in Confirmatione, ut docet G. Hort. de diff. Silu. V. Confirmatio. n. 4. alique. Verum probabiliter C. Strobal. de Conf. d. v. n. p. 10. num. 2. Bon. Laym. Barboz. cum Diana p. 3. tr. 4. ref. 21. alique dicant debere esse diversum, nisi necessitas urgeat, licet admittatur eadem, non esse mortale: quia res non est gravis, sicut tur Diana.

4. Tercio. Patrinus in Confirmatione non fit p. vnus, vel vna, quia quod in Baptismo possit esse vnus, & vna dispositum fuit à Tridentino, in C. stro l. c. quod non fuit dispositum in Confirmatione, ergo in hac standum est iuri communi, C. Final. de C. spol. in 6. quod vnum, vel vnam tantummodo in Confirmatione concedit. Rectè autem decretum est ob deordinationem in Synodo Panormitana part. 2. cap. 13. ut, item Pontificale Romanum Clem. VIII. mas matrem, sive foemina teneat, addit Barboz. 2. p. de pot. Episc. al. n. 52. non posse convenienter vnam esse Patrinum, & duorum tantum in eodem die, sic præscribere Pontificale, nisi fortè ejusmodi Patrinus sit probus, & præfatus nisi sit Ecclesiasticus, de quo non addit multum præfatus prior. Hæc ille. Sed profecto rectè dixit (conveniens) nam ceterum præceptum non video.